

ALBERTUS
MAGNUS

ALBERTUS
MAGNUS

ALBERTUS
MAGNUS

ALBERTUS
MAGNUS

ALBERTUS
MAGNUS

ALBERTUS
MAGNUS

✓

alt Nr. 273.

Lusthätt

von Flacius Mlyr. 1), 2), 5), 9)

• Verginius 3)

• Melanthon 4)

• Luther 6) • Verward 7)

• Hieronymus 7)

• Torguata, A. 8)

• Arundius, Fac. 10)

K. III. 26.



Luciferi
principis tene
brarum Epi
stola

Scripta Anno Millesimo trecentesis
mo quinquagesimo primo a
Christi resurrectione.

EPISTOLA DE NON APOSTO-
licis quorundam moribus, qui in Apostolo-
rum se locum successisse gloriantur.

LVCIFER PRINCEPS TENEBRA-
rum, tristia profundi Acherontis regens imperia,
dux Herebi, rex inferui, rectorq; gehennæ, vni-
uersis socijs regni nostri, filijs superbix, precipue
modernæ Ecclesię principibus, de qua noster ad-
uersarius Iesus Christus per Prophetam prædixit,
Odiui ecclesiam malignantium, Salutem, quam
vobis optamus, & nostris obedire mandatis,
ac prout incepistis, legibus parere sathas-
næ, & nostri iuris præcepta iugiter
obseruare.



VDVM QUIDEM CHRI-
sti vicarij, sequentes eius vestigia,
signis & virtutibus coruscantes, &
docentes sub quadam paupere vi-
ta, per suas predicationes &
opera, quasi totum mundum a no-
stræ tyrannidis iugo, ad suam con-
uerterunt doctrinam & vitam, in nostri tartarei re-
gni illusionem maximam & contemptum, nec non
in nostræ iurisdictionis non modicum præiudiciũ,
& grauamen, non verentes nostram ledere poten-
tiam, & terrificam nostri status offendere maiestas-
tem, Illo namq; tempore, nulla recipiebamus a
muudo tributa, nec concursu solito, cateruatim
veniebat ad nostri baratri limina flebile vulgus, sed
via proclius & lata, quæ ducit ad mortem, sine vllò
strepitu manebat, nullis miserorum gressibus con-
culcata, Et tota nostra vacante curia, vlulabat in-
fernus.

feruus gemens, anxius & spoliatus, quod, nostri
Plutonis impatiens feritas, amplius ferre noluit,
neq; dira Ducis inclementia, potuit diutius tolera-
re, sed precauentes & imposterum obulantes pe-
riculis de remedio prouidimus oportuno, & loco
istorum aduersantium Prophetarum & Apostolo-
rum, ceterorumq; sequentium, moribus & doctri-
na, per nostram astutiam atq; potentiam, succede-
re fecimus Vos, qui modernis temporibus Ecclesie
presidetis, sicut ille de vobis dixit Osee viij. Re-
gnauerunt & non ex me. Semel namq; ei promi-
simus omnia regna mundi Matth. iij. Cap. si cas-
dens nos adoraret, Ipse vero noluit dicens, q; re-
gnum suum non erat de hoc mundo, Et fugit, quan-
do voluerunt eum in Regem eligere temporalem,
In vobis autem, qui de statu gratie cecidistis, & no-
bis ministratis in terris, impleta est promissio etiam
per nos, & a nobis terrena, quae vobis contulimus,
humana imperia possidetis, Ille enim de vobis dix-
it, vt scitis, Venit princeps huius mundi & in me
non habet quicquam, Sed super omnes superbiae
filios voluit nos regnare, Subijciebantur itaq; prin-
cipibus huius seculi, in temporalibus, nostri aduer-
sarij antedicti, Et hoc docebant, dicentes, Subiecti
estote omni creaturae propter Deum, siue regi etc.
Et rursus, Obedite prepositis vestris, Sic enim ma-
gister eorum proposuerat, dicens, Reges gentium
dominantur eorum, & qui potestatem habent, be-
nifici vocantur, vos autem non sic, Et (sicut predi-
ximus) despectabilem vitam & inopem gerebant,
in continuis laboribus et erumnis, & nos vobis di-
ximus, Vos autem non sic, Venenum diu est effu-
sum, iam estis inflati, iam & istis primis patribus
estis non solum dispares, sed penitus contrarij in
A ij moribus

moribus & vita, super omnes elati, & omnia possidentes, effecti, nec reddentes quæ sunt Cæsaris Cæsari, nec illa quæ sunt Dei Deo. Primo, secundum nostra decreta vtriusq; gladij iusticiam exercentes, vel iurisdictionem, vos mundanis immiscetis, & nobiscum militantes, secularibus negocijs implicati estis. De paupertatis miseria gradatim ascenditis ad culmen honorum, & ad summa fastigia dignitatum, per astutias, practicas & fallaces fabricas, per hypocrisim, adulationem, mendacia, periuriam, proditiones, fraudes, simonias & ceteras nequitias ampliores q̄ excogitare possent nostræ Furie infernales. Cum autem illuc peruenistis, non sufficit, sed estis famelici, plus q̄ ante pauperes opprimitis, omnia rapitis, totum peruertitis, inflati superbia, luxuriose viuentes, in delitijs & fructibus corporalibus ducitis in bonis dies vestros, Vocatis vobis nomina in terris, vos deos, sanctos & sanctissimos appellando, Bona namq; aut violenter rapitis, aut per abusiones dolose subripitis, & fallaciter extorquetis, aut falso titulo possidetis, quæ pro sustentatione pauperum Christi, quos odimus, fuerunt antiquitus erogata, in vsus vobis placitos expenditis, vnde meretrices & lenonum turbas nutritis, cum quibus equitantes pompaticè, velut magni principes inceditis, aliter quam illi pauperes Christi sacerdotes Ecclesiæ primitiæ, Vobis edificatis palatia omnium amenitate & pulchritudine plene spectabilia, comeditis cibaria & bibitis vina omni curiositate deliciarum & leccacitate exquisita, thesauros coadunatis infinitos, non sicut ille qui dicebat, Argentum & aurum non est mihi, Vos aurea secula reparastis, O societas gratissima demonibus, nobis olim per Prophetam promissa, & ab
illis

illis priscis temporibus antiquitus reprobata, dum
te Christus vocauit synagogam sathanæ, Et te signa-
uauit per meretricem magnam, quæ fornicata est
cum regibus terræ, facta de matre nouerca, de spō-
sa Christi adultera, de casta, meretrix, Confractæ
sunt mammæ pubertatis tuæ, charitatem tuam pri-
mam reliquisti & nobis adhesisti, O dilecta nostra
Babylon, O ciues nostri, qui huc de Hierusalem
transmigrastis, Vos merito diligimus, vobis applau-
dimus, quia leges Simonis Petri negligitis, & legi-
bus Simonis magi, amici nostri, penitus adheretis,
ipsas tenetis ad vnguem, & publice exercetis, in
templo Dei vendentes & ementes spiritualia con-
tra Christi præcepta, Distribuitis beneficia & ho-
nores, aut prece aut precio, pro turpi seruitio seu
fauore, ad ecclesiasticas dignitates, reprobando di-
gnos, & indignos promouentes, utpote garrio-
nes, lenones, aut ignaros vestros nepotes, aut filios
os proprios ad Christi hereditatem euocatis, ut
sanctuarium Dei hereditarie possideatis, vni puero
multas conferentes prebendas, quarum minimam
probo pauperi denegatis, Personam accipitis, &
innumeram curam habetis pecuniarum, & non ani-
marum, Domum Christi fecistis speluncam latro-
num, Omnes abusus, omnes extorsiones in stilo
vestro plus millesies practicantur quam apud secu-
lares tyrannos, Leges statuistis, ac eas non tenetis,
et totum vestra dispensatione ad libitum dissipatis,
Iustificatis impium pro muneribus, & iusticiam
aufertis ab eo, Et omnia genera scelerum pro ut
volumus perpetratis, & multum vestri gratia in
nostro seruitio insudatis, potissimum quantum ad
destructionem fidei Christianæ, iam enim laici de
fide hesitant. Et si quæ eis predicatis quandoq; (li-

A iij. cet.

est raro) tamen non credunt, quando vident mani-
feste, q̄ quilibet vestrum contrarium operatur, &
sic ostenditis aliud esse quam dicitis, vnde ipsi vos
sequentes, qui eis estis in exemplum, iam vt pluri-
mum vtuntur regulis nostris, irruentes in pelagus
vitiatorum, & ad firmatas sedes baratri assidue con-
fluit ipsorum maxima multitudo, Tot enim ex
omnium hominum genere nobis quotidie trans-
mittitis, q̄t capere non possemus, nisi nostrū chaos
infatiabile, mille faucibus, suis aditis, innumera-
biles animas deglutiret, Et sic etiam per vos, nostri
Imperij principatus extitit reformatus, & damnum
nobis importabile est restitutum, Vnde vos habes-
mus viriliter commendatos, atq̄ vobis grates mag-
nas referimus, vos nihilo minus exhortantes, vt
perseueretis, sicut facitis, vltterius procedendo, quia
per vos intendimus totum mundum sub nostram
ditionem iterum reuocare, iam enim multitudine,
quam nobis quotidie destinatis, his obscuris recess-
sibus, mirabiliter occupati, vobis interim committimus
vices nostras, & volumus vos nostros esse
vicarios & ministros, quia etiam de missione pro-
pinqua Antichristi cogitamus, cui vltiam optime
preparatis, in vestrum tamen consilium & auxiliū,
de stigijs eminentibus & satrapis inferni aliquos
destinamus vel deputamus, quorum suggestionibus
acquiescere, & dolosis inuentionibus addere
vestra astutia consuevit & nouit prudentia, Insu-
per vobis, qui summum tenetis apicem, consulimus
ad cautelam, vt inter principes seculi, pacem ficticie
procuretis, sed Ecclesie causa discordiam nutriatis,
Et sic astute Romanum imperium destruetis, Ita
nec permittatis aliquod regnum, nimium amplia-
ri, ne forte nimis fortificati & pacem habentes, ve-
lins


lunt deprimere vestrum statum, & a vobis auferre
thesauros, quos apud vos in deposito, pro Antichri
sto fecimus reseruari, Commendatas habentes nos
stras charissimas filias, Superbiam, Auaritiam, Fraus
dem, Luxuriam & alias, precipue dominam Simo
niam, quæ vos fecit, ac proprijs lactauit vberi
bus & nutriuit, ipsamq; non vocetis Simoniam seu
peccatũ, quia omnia vestra sunt. Nihil potestis ven
dere, q̄a de pprio soluuntur oĩa. Nec vos estis super
bi, q̄a talem requirit magnificentiam status vester,
nec auari, q̄a pro sancto Petro est quicq̄ congrega
tis, & de thesauris ecclesie seu patrimonijs crucifixi
pmoueat̄ vestros, sicut Christus ad Apostolatũ
vocauit cognatos & notos, & sicut ipsi vocaban
tur ad statum pauperem & humilem, sic & vos ve
stros vocate ad statum diuitiarum & superbie, Ip
siqu; reliquerunt omnia. Vos autẽ non sic, quia pro
defendenda ecclesia, vestra bona tenetis, Et sic
de alijs. Sed vt melius nostis, perpetrare vitia sub
specie palliata. Allegetis pro vobis, & glossetis dis
sorte, & adducatis ad vestrum propositum indire
cte. Et si quis p̄dicet contra vos aut doceat, ipsum
excommunicantes, violenter opprimite, & a vobis
tanquam hereticus condemnetur. Eaq; ideo facia
tis, vt valeatis locum habere quem vobis paramus
sub nostro habitaculo in secretissimo fundamento,
quod vobis singulariter reseruamus, in quod quis
quam nondum nouit accedere exceptis maioribus
sacrapis regni nostri. Vos enim nec speratis futurũ
premiũ, Nec formidatis eternũ supplicium.
Ideoq; nec vitam quam non creditis, habebitis, sed
nobiscum mortem obtinebitis, quam dum viuitis
non timetis. Valeatis illa foelicitate, qua vos deside
ramus vel intendimus finaliter premiare. Datum
apud

apud centrum terræ, in nostro palatio tenebroso,
presentibus cateruis demoniorum, propter hoc spe-
cialiter vocatorum ad nostrum consistorium dolo-
rosū, sub nostri terribilis signeti caractere in ro-
bur premissorum, Anno a palatii nostri fractio-
ne, ac consortium nostrorum subtractione
Millesimo trecentesimo quinquagesi-
mo primo.

Salutat vos Beelzebub, vester
specialis amicus.











Handwritten text on a small paper label, likely a library or archival mark, possibly including a date or reference number.

AB: 44 $\frac{2}{h,8}$

ULB Halle 3
002 401 800







Epistola
de
Luciferi
principis tene
brarum & pi
stola

Scripta Anno Millesimo trecentesi
mo quinquagesimo primo a
Christi resurrectione.

A decorative border with floral and scrollwork motifs surrounds the text. The border features intricate designs, including a central figure in a circular frame and a figure at the bottom.